

LIV. CONGAVATA?,
STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA QVARTA

(Stanwix).

Accedunt the Hawk quarries et the Cells prope Wetheral.

In linea valli post castra ad *Walton house* sita atque *Castlesteads* dicta secuntur ea, ut dixi, quae hodie occupantur a *Stanwix* vico *Carlisle* urbis suburbano, sed sito in altera *Eden* fluvii ripa (cf. Goughs *Camden* 3 p. 449; Hodgson 2, 3 p. 218 ss.; Maclauchlan *memoir* p. 73; Bruce *wall* p. 290). Explicatur ex situs vicinia, quod antiquitus tituli ibi prouidentes asportati sunt ad vicinae urbis aedificia extruenda; id quod testatur *Bainbrigg* accidisse titulis duobus (n. 916. 920). Sed cum certum sit etiam in ipsius *Carlisle* urbis situ stetit *Luguvallium* oppidum vetus non exiguum, titulos ibi repertos non licet contribuere cum *Stanvicensibus*. Ita factum est, ut eius quoque stationis nomen adhuc incertum sit. Nam si liceret ad *Stanwix* referre titulum *Luguvalliensem* eum, qui ab *alae Augustae Petrianae torquatae miliariae civium Romanorum* praefecto aliquo dedicatus est (n. 929), non sine probabilitate ibi figeremus *Petrianas*, quas antiquarii Britannii in *Castlesteads* collocare solent, ut ibi exposui (cap. LIII); non obstant certe tituli singuli eiusdem *alae* memorias referentes reperti in *Old Penrith* (n. 328), quod situm est in via ex regionibus meridionalibus directa ad *Luguvallium* et vallum *Hadriani*, et in lapicidinibus quae fuerunt prope *Lanercost* et *Amboglannam* (n. 872). Sed cum series stationum in notitia observata, si omnino observata est, nos cogat *Petrianas* continuo post *Amboglannam* ponere, huic

loco *Congavata* nomen dubitanter sane potest adscribi. Tituli vero proprie *Stanvicenses* adhuc noti legionum tantum *Britannicarum* aperte memorant secundam (n. 914), sextam (n. 916), vigesimam (n. 917); quorum praeterea memoriae extant signiferi (n. 915) et equitis (n. 919), ii cuiusnam militum numeri fuerint incertum est. Sed cum alterius praeterea equitis memoriam sepulcralem, titulo illam carentem, ibidem viderit *Camdenus* (cf. quae adnotavi ad n. 919), sane probabile est, aliam aliquam castra *Stanvicensia* obtinuisse.

Auctores titulorum iidem fere sunt atque capitis praecedentis, *BAINBRIGG* (n. 916. 920) aliique *CAMDENI* amici, inter quos etiam *GERICIUS* est, *GORDON* (n. 915. 916. 920), *HORSLEY* (n. 915. 916. 918. 920), *HUTCHINSON* (n. 917), *HAYMAN ROOKE* (n. 919); inter recentiores *HODGSON* (n. 914. 920) et *BRUCE* (n. 914. 919. 920). Ipse cum in *Carlisle* fui, etiam *Stanwix* adii comique benevolentia adiutus sum a *Guilermo Forster*, cursus publici tum ibi magistro, antiquitatis studioso, neque vero titulos ibi repertos videre contigit, cum aut perierint (n. 916. 917), aut asportati sint inde ad *Drawdikes* (n. 918. 920), *Lowther Castle* (n. 914, cuius ectypum *A. W. Franks* misit), *Nether Hall* (n. 919), *Scaleby castle* (n. 915).

Addidi titulos lapicidarum veterum in vicinia detectarum (n. 921. 922), qui iam saeculo proximo innotuerunt.

914 Rep. a. 1804 inter *Tarraby* et *Stanwix*, in a field of the late Mrs. Graham DICKS., HODGS. Servatur in *Lowther Castle* FRANKS, BRUCE. Est arula alta dig. 18, lata 7½ (12 Dicks.), litteris satis rudibus.

MART COC M
LEG · II AVG
> SANCTANA
> SECVNDINI
5 ·D·SOL·SVBCV
RA · AELIANIS
CVRA · OPPIVS
FELIX · OPTO

Ectypum misit *A. W. Franks*, ex quo descripsi. *Dickson first report of the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne 1814* p. 41, *Archaeol. Ael.* 1, 1828 App. p. 4; Hodgson 2, 3 p. 300 (inde *Newton* p. 111, 43a; ex hoc *C. L. Grotefend Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242); *Bruce* in schedis.

Lectio certa est uno excepto elemento, quod est v. 6 ultimum. Tamen etiam illud vix aliud esse potest atque centuriae centurionisve nota. Contra v. 5 interpretatio mihi certe non liquet; nam de *d(ato) sol(o)* vix cogitaverim.

Mart(i) Coc(idio) m(ilitis) leg(ionis) II Aug(us-tae) (centuria) Sanctiana, (centuria) Secundini d... sol... sub cura Aeliani (centurionis?) cura [vel cura(vit)] Oppius Felix optio.

915 In Mr. Gilpins collection at *Skelby castle* GORD. Now at *Scaleby-castle*; I believe it belongs to *Stanwicks*, for Mr. Goodman of *Carlisle* told me he presented an altar not many years ago to Mr. Gilpin which had been dug up at *Stanwicks*; but he could not recollect the inscription. I take this to be the altar, because it never has been published till lately by Mr. Gordon; whereas all the rest that were legible at *Scaleby-castle* were made publick long ago; and this is yet legible, though Mr. Gordon has only given us the two first lines and omitted the two last HORSLEY. Videtur periisse.

MATRIBVS
DOMESTICIS
VIS MESSO
SIGNIFERSLL

Gordon it. sept. p. 95 tab. 42 fig. 6; *Horsley* p. 266 *Cumberl.* 40 (inde *Warburton vallum* p. 103, 40; *Hutchinson Cumberl.* 2 p. 578 in tab. fig. 4; *Nicholson et Burn* 2 p. 453; *Goughs Camden* 3 p. 449 tab. 24 fig. 6; *Hodgson* 2, 3 p. 220; *C. L. Grotefend Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 238; *Henzen* 5933).

2 OMESTICI Gord. qui reliqua omisit.

Matribus domesticis [s]uis Messor cet. legit *Henzenus*, quod videtur confirmare titulus infra n. 950. Tamen displicet signiferi cognomen sic nude positum.

Matribu[s] d]omesticis Vis(ellius) Messo[r] signifer v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens)

916 I found also this inscription at *Carlisle* in a stone brought from the *Pictes wall* by *John Myddleton*, and is set in his garden BAINBR. *Carleoli*, in hortis *T. Middleton* maiusculo et eleganti caractere CAMD. *Carlisle*, in the late *Brigadier Stanwix's garden* GORD., HORSLEY. Videtur periisse.

LEG · VI
VIC · P · F
G · P · R · F

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton *Iulius F. VI* f. 320; *Camden* ed. V (1600) p. 706 (*Grut.* 514, 11; *Burton Anton. itin.* p. 63, 118); *Gordon* it. sept. p. 96 tab. 43 fig. 3; *Horsley* p. 266 *Cumberl.* 42 (inde *Warburton vallum* p. 103, 42; *Hutchinson Cumberl.* 2 p. 578 in tab. fig. 8; *Nicholson et Burn* 2 p. 453; *Goughs Camden* 3 p. 448 tab. 24 fig. 2; *Hodgson* 2, 3 p. 221; *Jefferson Cumberl.* p. 328; *Whellan Cumberl. and Westmorel.* p. 140).

3 G P P F Gord., G · P · R · F *Horsleius*, qui interpretatur *G(enio) p(opuli) R(omani) f(ecit)*; vix recte. Puto fuisse G · P · F · F *G(ordiana) p(ia) f(i-delis) f(ecit)*.

917 Inter antiquitates in *Stanwix* repertas. Lapis longus dig. 12. Nescio num extet.

LEG XX VIC
COH I FECIT

Hutchinson Cumberl. 2 in tab. ad p. 578 fig. 13; in contextu non reperio.

918 At *Drawdikes*, about a quarter of a mile east from *Stanwicks*.

COH III PR · POS
7 IVK · VI TAVIS

Horsley p. 265 *Cumberl.* 38 (inde *Warburton vallum* p. 102, 38; *Hutchinson Cumberl.* 2 p. 578 in tab. fig. 12; *Nicholson et Burn* 2 p. 453; *Goughs Camden* 3 p. 449; *Hodgson* 2, 3 p. 300; *Newton* p. 114, 77) qui haec adnotat: *it is one of those inscriptions, that are usually found in the face of the wall; but it has this particular curiosity in it, that the century seems to have belonged to the guards, or to a pretorian cohort. Fueruntne coh(ortis) IIII pr(incipes) pos(teriores) o(centuria) Iul(ii) Vitalis?*